

18 # H 6 # 81

BN855
J4
1713-62
v.6
L5
G1

BULLARUM

PRIVILEGIORUM AC DIPLOMATUM

ROMANORUM PONTIFICUM

AMPLISSIMA COLLECTIO

CUI ACCESSERE PONTIFICUM OMNIUM

VITÆ, NOTÆ, ET INDICES OPPORTUNI


TOMUS SEXTUS

PARS QUINTA

AB ANNO V. AD TOTUM ANNUM IX.

ALEXANDRI SEPTIMI

SCILICET AB ANNO MDCLIX. USQUE AD ANNUM MDCLXIV



ROMÆ MDCCLXI

TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI

IN PLATEA AGONALI AD VICUM CUCCAGNÆ

SUPERIORUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SANCTISSIMI.



1080045200

46404



EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI
DOMINO ANDREÆ
TIT. S. ANGELI IN FORO PISCUM
S. R. E. DIACONO
CARDINALI CORSINO.

HIERONYMUS MAINARDI FELICITATEM.



CUM apud omnes illud in more pos-
tum viderim, **CARDINALIS AMPLISSIME**,
ut qui Volumen aliquod in publicam lucem, con-
spectumque edere constituunt, statim de aliquo Viro
Principe, cui illud inscribant, serio cogitent, illorum
ego morem secutus in Te unum oculos statim defixi,
Teque



Teque Patronum elegi , cujus auspiciis hæc ALEXANDRI VII. P. M. decreta sumptibus nostris excussa dicarem . Sunt enim in Te ea simul collecta , quæ sæpe in singulos dispersita non nisi raro invenimus . Nam sive Generis splendor , sive Majorum tuorum merita pensentur , quid Tibi defuturum putamus , qui ex CORFINIA GENTE ortus es , ad cujus amplitudinem augendam confirmandamque à longa jam ætate Nobilissimæ Provinciæ , Præfecturæ , Ordines , Magistratus , Legationes , Fasces , Imperia , Cælum ipsum in re tum civili , tum ecclesiastica conspirasse visa sunt ? Sin vero Te neque ex Majorum tuorum præclare gestis , neque ex ANDRÆ CORFINI , cujus illustre nomen non sine divino consilio præfers , vel CLEMENTIS XII. P. M. laudibus , quæ tot , ac tantæ sunt , ut si eas recensere velimus nihil aliud agamus , vel cogitemus necesse sit , contemplemur , tot solus naturæ bonis , tot fortunæ ornamentis abundas , tot animi dotibus locupletaris , ut minime dubium sit , quin non aliunde actionibus tuis laudem quæras , quam ex cœlestibus animi tui penetrabilibus , & divina quadam tibi insita probitate , cum omnia , quæ justa , & honesta sunt , sola supremi Numinis voluntate , Tibique humanitate simili metiaris . Unde enim constans illa , & perpetua officiorum ratio , quam ab ineunte ætate ad hæc usque tempora coluisti ? Unde in Te tantus virtutum amor , nisi ex divina quadam vi in tuo pectore condita , quæ omnes actiones tuas perpetuo excitat , easque singulas ad Numinis gloriam , ad Familiæ decus componit ? Hæc cum Tibi magna sint , & præclara , sine quibus ne vitam quidem ipsam constare sapientissime putas , tum illud sane egregium , atque omni admiratione dignissimum , quod has præstantissimas animi tui dotes ejusmodi lenitudine temperas , benignitate condis , comitate suffundis , ut nemo fere Te adeat , Te alloquatur , Tecum una versetur , quin suaviter allectus moribus , & sermonibus tuis , arctissimis æternæ in te observantiæ , & benevolentia vinculis obstringatur . Hæc reliquis posthabitis quantacumque sunt , quæ certe maxima omnibus videri debent , in causa sunt , cur ego Te in hisce ALEXANDRI VII. P. M. Constitutionibus publi-

publice edendis interpellaverim . Sunt enim typis mandata meis decreta , quorum aliqua ad libertatis , Immunitatisque Ecclesiasticæ firmitatem , juraque Sedis Apostolicæ facta tecta servanda , aliqua ad restituendam , conservandamque in Ordinibus Ecclesiasticis , vel maxime Regularibus labentem tunc temporis disciplinam , felicemque illorum institutionem , atque gubernium , aliqua demum ad alia non minus necessaria sunt instituta : Quæ quidem omnia quanti Tu facias cum ex præclarissimis tuis supra recensitis virtutibus palam omnibus innotescat , Volumen hoc jure quodam suo Te sibi præ cæteris vindicat Mecenatem . Tibi sane , PRINCERS , EMINENTISSIME à cujus Magno Patruo CLEMENTE XII. P. O. M. ad hoc opus typis edendum non solum privilegiis amplissimis sollicitatum me scis , verum , etiam voluntatis suæ significatione compulsus , Tibi inquam , & nemini potiori jure , quam Tibi hoc opus debebatur . Neque vero dubitare ulla ratione possum , quin quod Tuis non gratum modo , sed optatissimum quoque fuisse intelligis alacri etiam animo , & libentissime amplectaris , Teque à Tuis quoad voluntatem hoc opus & protegendi , & privilegiis muniendi vinci patiaris . Hoc itaque tuo inscriptum nomini Volumen æquo lubentique animo excipias , tuoque validissimo suscipias patrocinio , mihi que hoc munere deposito summam erga te observantiam spondenti benignissime faveas oro , obtestorque . Id enim , CARDINALIS AMPLISSIME , si feceris , non erit cur hæc editio majorem Te alibi Patronum possit exquirere .

INDEX

RUBRICARUM BULLARUM ET PRIVILEGIORUM OMNIUM


Quæ in hac Tomi Sexti Parte Quinta continentur,

Quæ hoc Indice designantur erant in Editione Cherubini.

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Aposto-
lici Magistro.

D. Jord. Arch. Nicomediae Vicesg.



I M P R I M A T U R,

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ordinis Prædicator.
Sac. Palatii Apost. Magistr.

- CCXXXIX. A Cceptatio Donationum Sedis Apostolicæ factarum a quibusdam ex familia de Flisco ex Oppido Messerano Vercellen. Diocesis in, & super Feudis Principatus dicti Oppidi, & Marchionatus Crepacorii, eorumque Terris, & Adjacentiis. fol. 1.
- CCXL. Confirmat Statuta edita in Capitulo Generali Toletano pro Provincia S. Thomæ Apostoli in India Orientali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat. 5
- CCXLI. Confirmatio concordie super controversia confinium inter Provinciam Sancti Didaci in Bethica Ordinis Sancti Francisci de Observantia, & Provinciam Sancti Joannis Baptistæ ejusdem Ordinis exorta cum præcepto, ut termini, & confinia inter easdem Provincias juxta concordiam hujusmodi ferventur. 7
- CCXLII. Statuit, quod Commissarii Generales Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia non possint retardare Capitula Provincia S. Thomæ Apostoli in Indiis Orientalibus dicti Ordinis, sed statim congregatis in Goa Vocalibus intra quadrimum ad Capitulum procedere, illudque intra simile spatium absolute debere, licet aliqui Vocales absint impediti, vel adesse recusantes, cum diversis indultis. ibid.
- CCXLIII. Confirmatio quarundam Constitutionum in Capitulo Generali editarum pro felici Fratrum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum editorum statu. 9
- CCXLIV. Concessio Indulgentiæ Plenariæ Fratribus Regularis Observantiæ S. Francisci, ac Reformatis Cismon-tana Familie, exercitiis spiritualibus per octiduum vacan. ibid.
- CCXLV. Confirmatio D. Card. Barberini Protectoris totius Ordinis S. Francisci de Observantia super præcedentia inter Procuratores, & Commiss. Gen. ejusdem Ordinis. 10
- CCXLVI. Constitutio super Ereptione Collegii ex Referendariis utriusque Signaturæ, & super qualitatibus admittendorum deinceps in Referendarios. 11
- CCXLVII. Confirmat Decretum, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congr. Italiæ Fratrum Discalceator. Ordinis Eremitarum S. Augustini reducitur ad tres pro qualibet Provincia. 12
- CCXLVIII. Pro ereptione Provincie Beati Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum Sancti Francisci, & communicatione eorum, quæ Provincia Sancti Joannis Baptistæ, & omnibus aliis Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum pro bono ipsarum regimine sunt concessa. 14
- CCXLIX. Reintegratio, seu nova ereptione Conventus S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgariter Poggibonzi, ad favorem Congregat. Illicitanæ, Ordinis Erem. S. Augustini. 16
- CCL. Indulget, ut Clerici Congregationis Clericorum secularium Doctrinæ Christianæ in Gallia ab Anno 1647. citra admitti, vota simplicia emittere possint, non renovato probationis anno, atque omnes supradicti sive jam admitti, sive in futurum admittendi in d. Congreg., qui post emissâ vota ex licentia Præpositi Generalis, vel Provincialis mittentur ad Sacros Ordines suscipiendos, ordinari possint a quocumque Catholico Antistite vel Dimissoribus illius Episcopi, in cujus Diocesi existunt Collegia, seu Domus, in quibus degunt de familia, qui ad Sacros Ordines promoveri desiderant. 19
- CCLI. Confirmatio Statuti Congregationis Missionis in Gallia, quo cavetur, quod omnes, & singuli in ipsa Congreg. quatuor votis simplicibus, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiæ, ac stabilitatis emissis, recepti, qui bona immobilia, vel beneficia simplicia possident, aut in futurum possidebunt, licet dominium illorum retineant, eorumdem tamen usum liberum non habebunt, sed de fructibus cum facultate, & arbitratu Superioris in pia opera disponere tenebuntur. ibid.
- CCLII. Confirmatio Decreti Congregat. Episcoporum, & Regul., quo eadem Congreg. injungit Commissario Generali Curie Ord. Min. S. Francisci de Obser., ut aliud Decretum d. Congreg.